



**In Hoc Libello Pontificii Ora||toris continetur legatio, in
co[n]uentu Noremburgensi,|| Anno. M. D. xxij. inchoato,
sequenti vero finito ex-||posita, vna cum instructione ab
eodem legato|| ...**

Hadrian <VI., Papst>

Noremburgæ, 1523

VD16 K 320

23 Pręterea, qui pinguiora, ita vt prædictum est, ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65406](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65406)

ac curata, indoctis, ac ludicris personis, modo quæ maximum pendeant censum annuum, elocant, eque atque supra de mercatorum societatibus dictum est, ita quæ possessores illi conducti, maiorem partem ex illicitis exactionibus viuere, atque ob id subditos eo amplius onerare coguntur. Similiter & cum cæteris cathedralibus collegiatisque ecclesijs, ac earum capitulis agitur. Item & per præpositos, reliquosque in dignitate constitutos agitur idem, interim dum sua conferunt beneficia ecclesiastica.

Præterea, qui pinguiora, ita ut prædictum est, habent beneficia, ac ecclesias parrochiales, utcumque annuas pensiones amplissimas ex locationis titulo, a conductoribus percipiunt, quibus redditibus a laicis fundatoribus beneficia hæc ampliter sunt donata, tamen committunt locatores, ut domus beneficiarum, præ neglecta ædificiorum cura, penitus collabantur. Nihil enim aliud curant beneficiorum personati isti possessores, aut locatores, quæ ut pecuniæ æquo maiorem summam quotannis a conductoribus recipiant, ac eandem hinc in varios, sed in inhonestos, illicitos, ac offendiculorum peccatorumque plenos usus conuertant; de salute & cura animarum, vel subditorum, vel etiam eorum, quorum ex marsupio viuunt, hoc est fundatorum, prorsus ad hos nulla mentio, respectus (velut Megarensium olim) plane nullus. Eapropter Sac. Ro. Imperij Status, ac Principes & proceres laici, hic quoque supplicat, Sanctitas Pontificia velit eam offendiculorum syluam, turbatum rerum ordinem, ac onera hæc iusto grauiora, tollere, emendareque, ac archiepiscopos, episcoposque, ab obligatione, qua ex promissionis prædictæ nexu tenentur liberare, solutosque reddere, ac ædicto cauere, ne post hæc Archiepiscopi & Episcopi, talibus adstringantur vinculis, sed ut dehinc nulli beneficium ecclesiasticum, curam habens animarum, conferatur, qui non sit doctrina, ætateque & moribus ad hoc idoneus, qui & honestam, ac presbytero die

©

gnam viuat vitam, & qui ipse propria illud possideat perso-
na, nec plura quidem, sed vnum tantum beneficium cura-
ratum, seu Parrochiale Ecclesiam, Christiane, hoc est sine
ne offendiculis vllis, sed multo, cum doctrinae tum vitae in-
tegritatis fructu administret.

DE PRAELATVRARVM COMMENDIS

vt vocant, & incorporationibus.

24 Item & illud hucusq; notorie obseruatum fuit, vt Abbas-
tia multae, Coenobia item plura, ac reliquae id genus domus
seu Ecclesiasticarum personarum congregaciones, fundatio-
nes, s. Imperatoriae ac Principales, Cardinalibus, Episcopis,
ac caeteris praelatis, in tutelam comendarentur incorporaren-
turq;. Quare factum est, vt per Cardinales Episcopos ac pre-
latos illos, quibus ita, vt dictum est, commendatae erant Ab-
batiae ac Monasteria, ita sunt attenuata, exhaustaq;, q; cu an-
te hac in vno illorum monasteriorum quadraginta, quinq-
ginta, aut vltra hoc etiam personae satis commode potue-
runt foueri, vt nunc aegre quinq;, sex, aut decem necessarijs
provideri possit alimentis. Quae res omnis in priuata com-
pendia ac commoda Cardinalium est excogitata, Vnde nedu
plura oriuntur offendicula, sed & grauamina oneraq; ardua,
ac non ferenda Germanis. Ideoq; & hic supplicatur, Abbas-
tias praedictas, Monasteria, ac religiosas caeteras domus, de-
nuo in integrum ius eorum, pristinumq; reru statum restitu-
endas, cauendumq; posthac, ne cuiqua tales Comendae, vt vo-
cant, seu incorporationes, concedantur.

DE COLLEGIATIS ECCLESIIS, QVAE

super Nobilibus tantum fundatae sunt.

25 Insuper, licet quaedam sint collegiatae Ecclesiae per Ger-
maniam, quae a Nobilibus, & in hoc, vt nobiles tantum sum-
mae atq; mediae sortis ad eas reciperentur, primum sunt fun-
datae, in quibus per diutinae obseruatae ac praescriptae con-
suetudinis priuilegium est, vt tantum Principes, Comites